

Johann Huswedel

**Rector Academiae Rostochiensis Johannes Huswedelius Graec. liter. Prof. Ad  
exequias, Quas Reverendo Et Clariss: Viro Dn. Joanni Affelmanno SS. Theolog.  
Doctori & Professori marito suo desideratissimo hodie parat Vidua Moestissima,  
Cives Academicos omnium ordinum peramanter invitat**

Rostochi[i]: Pedanus, 1624

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn74585009X>

Druck Freier  Zugang






Huswedel, J.,  
in J. Affelmann.


B. 1624.

6
















RECTOR  
ACADEMIE ROSTOCHIENSIS

JOHANNES HUSWEDELIUS

Græc. liter. Prof.

Ad exequias,

QUAS

REVERENDO ET CLARISS: VIRO

DN. JOANNI

AFFELMANNO

SS. Theolog. Doctori & Pro-  
fessori marito suo desideratissimo

hodie parat

*VIDVA MOESTISSIMA,*

*Cives Academicos omnium ordinum  
peramanter invitat.*



ROSTOCHI

Excudebat Joachimus Pedanus, Acad. Typog.

ANNO M. DC. XXVII.



63



**I** quis consilia & iudicia

divina curiosè potius rimari quam  
 piè mirari & religiosè adorare ve-  
 lit: in obitu Reverendi & CL. Viri  
 Dn. D. JOANNIS AFFEL-  
 MANNI amplissimam curiosita-  
 ti suæ copiam oblatam inveniet.  
 Cum enim duo sint hominum ge-  
 nera, unum quidem eorum qui vel nihil agendo, vel aliud,  
 vel malè agendo vitam transigunt, *ἐρώσια ἄχθῃ ἀπέργησ*, ex  
 Porciorum & Asiniorum familia, Epicuri de grege, nati fru-  
 ges consumere, quorum vitam & mortem juxta æstiman-  
 dam sapientes putant: alterum vero utilium, qui & DEO  
 vivant, nec sibi tantum sed & patriæ & proximo se natos  
 intelligunt, & quod intelligunt re ipsa præstant: nostro qui-  
 dem iudicio priores illi digni essent, qui vel nunquam in  
 oras hujus lucis ac vitæ prodirent, vel si prodirent, ea-  
 quam brevissima uterentur; hi vero, vel nunquam ut  
 morerentur, vel si hominibus natis omnino moriendum  
 sit, sero tandem & non nisi post expleta omnia humanitatis  
 officia in cælum à terra discederent. Deus verò, cujus  
 alia sunt iudicia, alij progressus, sæpe & illos inutiles in  
 terris morari permittit, & hos inter homines diurnare  
 non sinit, causa nobis quidem incognita, ipsi vero ut co-  
 gnitissima, ita constantissima, nec ullius iniquitatis vel  
 minimissima suspitione adspargenda. Si tamen in his  
 tenebris palpitare licet humano ingenio, quidni ex ista  
 vita Deus *ὁ ἀβυσσότης* ad se vocet, suo jure, quem velit?  
 suo



64  
suo more, quem amat ac diligit etiam juvenem? Quidni  
eum, qui vivendo non multos quidem annos absolverit,  
sed multos tamen annos benè vivendo jam pridem post  
se reliquerit? quem sollicitus pater periculis forte immi-  
nentibus eripere, & extra teli jactum constituere malit,  
quam in alea & ludo fortunæ vel stantem in extrema tegula  
deserere, vel sub cultro, quod dicitur, cujusvis lanij reli-  
ctum destituere? quem ex carcere traductum velit in locum  
liberiores, ex umbra in lucem, ex turbido in tranquillum,  
ex tempestate in portum & serenitate *ἐνθ' οὐκ ἐστ' αἰσ  
χαιμῶν πόλις, ἕτε' πρὸ ὀμβρῶν Δεύεται, ἀλλὰ μελ' αἴθηρ πέπλο-  
ται ἀννέφελος, λευκὴ δὲ Πιδέδρομον αἴγλη.* His causis &  
alijs captum nostrum superantibus benignus ille & clemens  
pater pro sua sapientia ad se vocavit ex hac vita & in coele-  
stem transtulit, Reverend. & CL. Virum Dn. JOANNEM  
AFFELMANNUM SS. Theologiæ Doctorem ac Pro-  
fessorem celeberrimum, collegam & amicum nostrum ho-  
nорandum, cujus vita, breviter saltem hic indicanda, cum  
alibi forsitan copiosius explicabitur, meretur, ut cum alia  
non possimus, hæc saltem pietatis debitæ officia mæsti per-  
solvamus. Natus enim est in illa *ἀγαθῇ κρητορόφῳ* West-  
phalia Susati, Anno 1588. die S. Catharinæ, ex parentibus  
honestissimis, patre quidem, Spectatissimo Viro Dn. HEN-  
RICO VON AFFELEN Susatensis Reipub. Senatore  
Prudentissimo, jam ante multos annos piè defuncto, matre  
vero matronalium virtutum splendore conspicua fæmina,  
ANNA MICHAELIS, Amplissimi & Consultissimi  
Viri Dn. SIMONIS MICHAELIS prædictæ Reipub.  
Consulis meritiissimi, filia. Hujus familiæ quæ virtus, quæ  
præstantia fuerit ex affinibus & consanguineis defuncti no-  
stri apparet: Inter quos elucet D. THOMAS MI-  
CHAELIS Avunculus & D. THOMAS MERCKEL-



6  
BACH Camerae Imperialis assessores celeberrimi, D. GOS-  
WINUS MERKELBACH, Reverendiss. & Illustriss.  
Principi, ac Domino Dn. CHRISTIANO Electo Epi-  
scopo Mindensi, Principi Brunsvicensi & Lunæburg. &c. à  
Consilij secretioribus, D. CASP. KLOCK Reipubl.  
Brunsvicensi. Consiliarius primarius, D. GERLACUS  
BUXTORF Reipubl. Bremens. Syndicus primarius, D.  
HENRICUS KLOCK Camerae Imperialis advocatus  
& multorum Principum Consiliarius dignissimus, aliique  
Reipubl. Sufatensis Coss. & Senatores dignissimi, suæ vir-  
tutis ergo & honoris causa hic merito nominandi. Sed  
patre quidem vivo haud diu gavisus est puer, cui defuncto  
successit in matrimonio Vir Prudentiss. ac Doctiss. Dn.  
BERTRAMUS MEIBURG dictæ Reipubl. Senator  
dignissimus, quem noster tamen parentis loco semper est  
veneratus & amavit. Fratrem superstitem reliquit uni-  
cum Dn. ANTONIUM AFFELMANMUM qui  
Juris utriusq; studia cum in Academijs alijs ita tractavit,  
tum hodieq; apud nos tractat, quod præclara, quæ apud nos  
publicè prodidit, specimina testantur, ut eruditionis haud  
plebejæ ac Virtutis eximiae testimonia etiam invito, nec re-  
quirenti, perhibenda sint, cujus cum lacrimas & interclu-  
sam vocem aliquot horis ante excessum defuncti visens cum  
recondor, non passum quin fraterno desiderio ac pietate  
plenissimi pectoris vicem ipse quoq; doleam. Sed ad no-  
strum revertor, qui cum semina virtutis ex familia laudatis-  
sima hausisset, pietatis elementa domi à parentibus accepit,  
doctrinæ Christianæ initia & literarum humaniorum fun-  
damenta jecit in schola Patria, quæ cum pueri majora omnia  
minantis indolem videret, facile eum dimisit ad Tremo-  
nensem, cujus eo tempore, moderatores & magistri erant  
FRID. BEURHUSIUS & SCHAFFMANNUS cla-  
riss.



66  
ris. viri, alter etiam Theologus eximius. Ne ita quidem tenere festinantem potuit, quin ad Corbachianam quoq; & Lippiensem ita se conferret, ut Anno 1603. cum vix quintum decimum ætatis annum ingressus esset, ad Marpurgens. Academiam, quæ id temporis ob cultum studiorum in præcipuo nomine erat, proficisceretur, ubi Clarissimorum, Theologorum D. JOANNIS WINKELMANNI & BALTHASARIS MENZERI opera, illius etiam convictu, diligentissimè fuit usus, & ita quidem, ut, cum Anno 1605. forma Religionis mutaretur Marpurgi, & Calvinismus introduceretur, in Theologorum præd. comitatu Giessam cum ijs concesserit, ubi sub D. MENZERI Præsidio publicè disputavit, quod ex Tom. 1. disput. Theolog. Giess. videre licet. His armis instructus Anno 1608. ad hanc nostram Academiam se contulit, Dei vocantis ductum haud dubiè secutus, ubi cum substitisset biennio necdum integro, talem se gessit ut Amplifs. hujus urbis Senatus ei Theologicam professionem, commendante collegio, judicaret conferendam, quam & ille collatam suscepit ac simul in arenam contra JO: LAMPADIUM descendit. Quæ pugna sic ei successit ut Anno 1610. summos in Theologia honores acquireret. Eodem Viri Amplifs. & Prudentifs. Dn. JOANNIS CORFINII Cos. hujus Reipubl. bene meriti p. m. & Honestissimæ Matronæ ANNÆ Kruels/ filiam ANNAM natu maximam uxorem duxit, singularis exempli faminam, cujus conjugio sic usus est, ut in gratiam redire cum offensa necesse non habuerit, nunc autem discessu suo ingentem luctus & mæroris cumulam in viduato thalamo reliquerit. Professionis annos ita collocavit, ut Prophetas quosdam, Psalmos, Geneseos partem, Apocalypsin, difficilima Theologiæ negotia explicaverit juventuti studiosæ, & illustrarit, Bellarmini disputationes aggressus



67  
refutare ceperit, varijs deniq; scriptis contra Pontificios de  
Sanctorum invocatione, Calvinianos de Eucharistia, præ-  
destinatione, persona & officio Christi & alijs haud infelici-  
ter pugnavit, &, ut quæ affecta habebat in locis comm.  
Theolog. & refellendis annorum superiorum adversarijs,  
quam primum & quam accuratissimè ederet, diligentem  
operam navavit. Sed ut ingenij magis & animi viribus  
quam corporis pollebat, ita tantæ contentioni ac studio diu  
supersse non poterat. Cum enim in lucubrando assiduus  
esset, diem verò inter publici & privati muneris rationes di-  
videret, refectioni & quieti raro & parum vacaret, mirum  
non est si corpusculi habitudo parum gladiatoria paulatim  
detrita & afflicta morbo cesserit, quem undecim fere septi-  
manis ita tulit, ut Christianum ac Theologum decebat,  
quod ex multis indicijs patientiæ, nullo vel corrupti judicij,  
vel animi, mortis metu fracti ac trepidantis edito signo,  
satis superq; paruit, donec Redemptori & servatori suo,  
quam ante annos triginta quinq; acceperat, animam inter  
pios gemitus & preces redderet, ejusque manibus & fidei  
depositum Dei sanguine redemptum expirans commen-  
daret.

ὡς ἄρα τάλαν σάρα, διοπετής ὅπως  
Αἰθρῆ ἀπέσθη, πνεύμ' ἄφαις εἰς αἰθέρα,  
Μικρὸν ἢ σάρα καὶ μίσημα δαιμόνων.

Imo non extinctus est, nunc verius lucet, si maximo pro-  
pheta credimus, ut omnino fas est, velut inter ignes Luna  
atq; Sol ipse minores, quippe qui multos ad justitiam eru-  
dijt. Cui si vocis usus redderetur, hac sine dubio voce,  
ad uxorem, fratrem, totamq; familiam ejus discessu affli-  
ctam, uteretur:

*Nemo me lacrimis decoret, nec funera fletum  
Faxit, qui volito vivu per ora gra virum:*

*Ante*



Ante Dei faciem tacuis, gemosq; beatos

Inter, Jo Paan aeterno carmine Paan

Ingemino —

Igitur, tu mea uxor, discessu meo vidua, & tu frater, quibus  
mei desiderium haud dubie reliqui, amicissimæ animæ,  
quid est quod vos affligitis? quod oculis, quod animis flen-  
do miseriam additis? Ereptus sum vobis præter vestram  
opinionem, non præter Dei consilium, cui anima mea pla-  
cuit, ὄν ἡ θεός φίλῃ ἀποθνήσκει νέε: satis mihi, satis proximo  
vixi, Deo etiam nunc vivo: Imminet forte tempestas. Ego  
in portu navigo; Pericula? Ego fortunæ ludum in solentem  
ludere pertinaci subductus; vos pijs contra eam precibus  
muniamini? Ego labores hominum è sublimi video, ut cui

*Suave mari magno turbantibus æquora ventis*

*Et terra magnum alterius spectare laborem:*

*Suave etiam belli certamina magna tueri*

*Per campos instructa, sua sine patre perigli:*

**Hic ego**

*Jucundo sensu cura semotus metus:*


infra me turbas video & prævideo planè turbulentas, eã autè  
felicitate fruor, quam nec malignus oculus fascinare, nec la-  
cerumis opletus infuscare, nec longa annorum series delere,  
nec ulla deniq; injuria quovis modo labefactare potest: ad  
hanc suo tempore secuturis vobis prævi, in ea vos com-  
plectar, in ea vobiscum sine fine permanebo. Hæcille,  
si daretur. Nos vero, cives Academici, quod singularis offi-  
cij nostri ratio à nobis postulat, frequentes præstemus. De-  
siderat Academia civem haud pænitentem, aut degenerem;  
Nos Academiae desiderium officio nostro leniamus: Theolo-  
gia luget amissum professorem eximium; Nos affectum fre-  
quentia nostra testemur, & jacturam illius discessu factam  
DEO commendemus reficiendam; nos collegam & ami-  
cum prosequamur, ut & vivum dilexisse & memoriam de-  
functi




functi grata prædicatione conservare videamur. Iptius quidem felicitati nostro officio nihil accedet: nostra res agitur, nostra nobis mortalitas commendatur, cum illius florentem ætatem respicimus: in lectu jacent ac tantum non contabescunt vidua, frater, tota familia: nos condolentiam illis afflictis nostram declaremus, quos si levare afflictos non possumus & omni dolore vacuos reddere, tamen humanitati, quod debetur, prestemus; & quid in posterum de nobis expectare habeant, indicemus. Declaremus affectum, quo defunctos amicos prosequimur, favorem quo egregia ingenia complectimur, benevolentiam quam pietati & virtuti debemus, & in excessu tam eximij viri tam præmature, tam beato nos ad similem in fide vera ac spe non dubia componamus. Quod qui facturi sunt, facient autem omnes quibus Dei timor, Academiæ nostræ decus & sua mortalitas curæ est, convenient hodie hora media prima pomeridiana in templo Jacobæo & suam urbis, Academiæ, totiusq; provinciæ salutem & incolumitatem DEO prorectori commendabunt. P. P. sub sigillo Academiæ, 3. Martij Anno 1624.























*Ante Dei faciem tacui, gemosq; a  
Inter, Jo Paan aeterno carmine  
In gemino*

Igitur, tu mea uxor, discessu meo vix  
mei desiderium haud dubie reliqui  
quid est quod vos affligitis? quod oc  
do miseriam additis? Ereptus sum  
opinionem, non prater Dei consiliu  
cuit, ὄν ἡ ἴδω Φιλία ἀπαθνήσκει νεῖ: ἡ  
vixi, Deo etiam nunc vivo: Immin  
in portu navigo: Pericula? Ego fort  
ludere pertinaci subductus; vos pi  
muniamini? Ego labores hominum  
*Suave mari magno turbantibus  
Et terra magnum alterius spectata  
Suave etiam belli certamina m  
Per campos instructa, sua sine p*

Ac ego

*Jucundo sensu cura semotus me  
infra me turbas video & praevideo pl  
felicitate fruor, quam nec malignus  
erumis oppletus infuscare, nec longa  
nec ulla deniq; injuria quovis mod  
hanc suo tempore secuturis vobis  
plectar, in ea vobiscum sine fine p  
si daretur. Nos vero, cives Academ  
cij nostratio a nobis postulat, frec  
siderat Academia civem haud panit  
Nos Acade a desiderium officio n  
gia luget amissum professorem exim  
quentia nostra testemur, & jacturat  
DEO commendemus rescindendam  
cum prosequamur, ut & vivum dil*

ter, quibus  
æ animæ,  
nimis flen  
r vestram  
na mea pla  
is proximo  
est. Ego  
n solentem  
n precibus  
deo, ut cui

tas, eã autē  
are, nec la  
ries delere,  
potest: ad  
a vos com  
Hæc ille,  
gularis offi  
emus. De  
egenerem;  
us: Theolo  
lectum fre  
ssu factam  
m & ami  
rioriam de  
functi

